Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorvm Opvscvlorvm

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm, Aliarvmqve Observationvm ...)

Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX. Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.

Beyschlag, Friedrich Jakob

Halae Suevorum, M.DCC.XXIX

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:gbv:45:1-16134

Visual Library

Faſciculi Tertii Summa haec eſt.

I. Melch. WENGERI Programma de fatalibus Imperiorum pignoribus. p. 465.

II. ORATIO de præmiis, quæ olim *bonarum literarum* cultoribus collata ſunt. p. 475.

III. ADDITAMENTVM ad præcedentem *Orationem*, aliæque annotationes. p. 506.

IV. EPISTOLAE Seb. *Theodorici*, Pauli *Eberi*, Ioach. *Camerarii*, Caſp. *Huberini*, Ge. *Frölichii*, ad Ge. VOGLERVM datæ. p. 531.

V. Ge. FROELICHII ſcriptum in laudem & præſtantiam *Muſicæ*. p. 569.

VI. Io. Lud. SEIFERHELDII Programma de Scholis Hebræorum. p. 582.

VII. Hel. Eob. HESSI Elegia in *Homeri Iliadā*, a ſe latino carmine redditam. p. 603.

VIII. EPISTOLA, quā argumentum philoſoph. de *conſcientia* illuſtratur. p. 613.

IX. M. Ant. MVRETI Oratio *Gallica* pro *Antonio* Rege Navarræ. p. 620.

X. Chriſt. Gotl. SCHWARZII, Index *librorum*, ex *typographia Aldina* editorum p. 644.

XI. Chriſt. VEIHELLII Elegia latino-græca, & Franc. PANIGAROLAE Echo *in diem natalem* Ieſu Chriſti. p. 669.

XII. Io. Matth. GESNERI carmen ad Illuſtr. Frid. Gothilff MARSCHALLVM. p. 674.

XIII. NOVA LITERARIA, cum obſervationibus variis. p. 680.

Landesbibliothek Oldenburg

I.

MELCHIORIS WENGERI,

Rectoris olim Gymnaſii Suevo-Halenſis,

PROGRAMMA

De

Secretis & fatalibus Imperiorum ac Rerum publicarum pignoribus.

PLerique olim populi divina, ut ipſi rebantur, & fatalia Imperii Pignora coluerunt, quæ tanquam διοπετῆ, id eſt, cœlitus demiſſa ſibi donataque ſummo ſtudio aſſervabant, amiſſis illis violatisve triſtem Reipublicæ perniciem imminere; retentis vero & religioſe cuſtoditis incolumitatem promitti perpetuam, plane perſuaſi. Quo etiam Fata Vrbium referri debent, quibus hoſti proditis certum urbibus excidium impendere arbitrabantur. Vtraque Fatorum nomine complectitur Chryſalus ſervus apud Plautum *Bacchid.* 4, 9, 29. *Ilio tria fuiſſe audivi fata, quæ illi forent exitio: Signum ex*